

LECTIO DECIMATERIA.

Super Distinctione 13. In qua Magister duo facit. 1. est penes cognoscibilitatem Dei. 2. penes Trinitatem personarum, per medium creaturarum. Ideo quinque obseruabo.

1. Est circa intentionem.
2. Circa conclusionem.
3. Circa probationem conclusionis.
4. Circa difficultates.
5. Circa solutiones.

Altero modo per fidem.
Altero modo per intelligentiam.

Primum medium est infusum. Secundum est acquisitum.

In precedentibus medium fuit inuisibile.
In hac medium est visibile.

Quo ad conclusionem, & probationem, sit hæc conclusio. Deus est vnus, & Deus est cognoscibilis a nobis. Probat Magister rationibus multis.

1. Est Apostoli.
2. Ambrosij.
3. Augustini.
4. Physiosphi.
5. Perispectiui.
6. Mea.

1. Ratio est Amb. Doct. S. qui sic ostendit Dei vnitatem, & essentiam. Qui facit quod nulla creatura facere potest, est super omnem creaturam, & dicitur creator, & creator est Deus, sed nulla creatura potest producere mundum. Non bestie, non homo, non Angeli, ergo nulla potest esse Deus, igitur qui creauit mundum erit Deus. Ideo dicebat Ambrosius. Accedat creaturæ omnes, & illam quæ producit mundum, ego Deum vocabo.

2. Ratio dicitur esse D. Augustini qua probat Deum esse, ex mutabilitate rerum. Nam sicuti in causis naturalibus deueniendum est ad vnam Primam, & vltimam, vt Aristo. 4. Metaphy. Ita immutationibus deueniendum est ad vnum primum, & vltimum Motorem. Idcirco Augustinus arguit medio Physiosphorum hoc pacto. Ceruum est quod omnia mutabilia reducuntur, ad immutabile per se, ergo cum omnia entia sint in triplici gradu. Quædam solum corporalia, vt lapides. Quædam solum Spiritualia, vt intelligentia, vt Angeli. Quædam simul corporalia, & Spiritualia, vt plantæ, animalia, & homo, ista omnia sunt mutabilia, vt penes auctorem autem alterationem, aut loci mutationem, aut vitæ durationem, ergo oportet dari vnum Immutabile secundum locum, secundum quantitatem, qualitatem, & durationem. Hoc autem est solus Deus, qui cælum replet, & nullo mouetur. Ego Deus, & non mutor.

3. Ratio est eadem cum ista. Cuius medium est species, & rei pulchritudo. Nam inquit omnis pulchritudo, & species participata reducitur, ad pulchritudinem imparticipatam, sed omnis pulchritudo mundi, elementorum, plantarum, animalium, hominum, Cælorum, & Angelorum, est participata, ergo oportet dari aliquid imparticipans, hoc est Deus, ergo ex creatura visibili creatorem ostendere valeamus.

Hinc Auer. in Solut. 6. dubij contra Algazem disput. 6. Vocat Deum quidditatem absolutam, & alia omnia habentia quidditatem.

Hinc ex disput. 10. in Solut. 1. dubij, Physiosphi vocant Deum. Scientem, potentem, excellentem cui non aduenit noua voluntas.

Ideo Physiosphus ex Proæmio Metaphy. dicit. Deus est omnium principium, & causa: Propter hoc 3. Metaphy. t. com. 1. 5. & 12. Metaphy. 52. Vilipendit eos qui ponebant Deos duos.

Præterea ex Sacra Scripturæ verbis probatur. Nam in Sacra Biblia sunt quedam verba quibus probatur esse Deus, hoc modo.

Quæ sunt supra homines, & Angelos, & totaliter supra naturam humanam, & Angelicam non possunt dici ab homine, & ab Angelis. Non possunt dici quia non possunt imaginari, nam quod dicitur imaginatur, præter non possunt imaginari quia non possunt fieri, non possunt fieri, quia est impossibile, vt ab illis producantur, quia sunt altissima profundissima, & secretissima.

Hæc autem verba sunt quæ respiciunt.

Trinitatem. } Partum Virginis. } Creationem. }
Incarnationem. } Eucaristiam. }

vna numero sint tres personæ distinctæ, & quod ille personæ realiter sint distinctæ inter se: Nullus potuit cogitare, ergo nec dicere. Quia repugnat sensui, & rationi. Ideo Physiosphia negat hoc simpliciter, sic Iudea gens. Si ergo dictum fuit, qui dixit, erit Deus, Christus Dixit Tres sunt qui testimonio ergo Deus.

Præterea qualis creatura potuit dicere ex se, quod Deus factus est homo? Non potuit dicere mala nec bona, ergo nulla. Non mala quia cum hoc opus pro fine habeat bonum, & a malo non est nec maximum, nec magnum, nec minimum bonum, ergo non potuit dicere.

Non potuit dicere bona creatura, quia hoc non potuit scire a se, ergo si aliqua creatura hoc dicit, hoc fuit reuelatum a Deo, ergo si tota scriptura dicit, quod Deus homo factus est, ergo solus Deus dicit.

Præterea. Qualis homo, qualis mulier, & qualis Angelus potuit dicere, quod virgo pariet, & peperit, & post partum virgo remansit? Nullus quia hoc repugnat experientia, repugnat sensui, repugnat rationi, ergo qui hoc dicit non fuit homo, non fuit mulier, non fuit Angelus, ergo qui dixit hoc est super homines, & Angelos. Iste autem est Deus, ergo ex his Deus cognoscitur.

Primum respicit intentionem Magistri quæ talis est. Magister duo facit probat vnitatem, & Trinitatem. Et nedicas in præcedentibus hoc fecit, ergo vel diminutus sibi, vel hic superuacaneus. Respon. de Trinitatis vnitatem possumus agere biffariam.

In altera distinctio, medium, ad cognoscendam Trinitatem, & vnitatem fuit fides: In hac Distinctione medium dicuntur esse creaturæ.

Ibi medium erit ex Deo, quia fides. Hic mediū est Dei opus. Idcirco Magi. non est superuacaneus hic, nec ibi diminutus.

Deus est vnus, & Deus est cognoscibilis a nobis.

*Creatura mun
di homo per
fecta.*

Amb. 70. 4.

*Lib. 8. de Cui.
Dei.*

*Dist. 6. d. 6.
Dist. 10. d. 1.*

*3. Meaphy. t.
Comm. 1. 5. 12.
dist. 1. co. 52.*